e-codices

terminata e. fit uero cum decrescere cepit infinita. At contra numerus quan
terminus fiat. Ita magnitudo quantum ad maiorem modum finitus est; Infinitus autem incipit esse cum crescit; tum ad minorem modum :
Cum igitur haec ita sint infinita tamen quasi de rebus finitis philosophia pertractat, In quae rebus infini
tis reperit aliquid terminatum de quo iure possit acumen propriae speculationis adhibere.
Namque in magnitudinis alia sunt immobilia ut quadratum triangulum. ut circulus alia uero mo
bilia ut sphera mundi & quicquid in eo rata celeritate conuertitur; Discretae uero quantitatis.
alia sunt per se ut tres. t quattuor. t ceteri numeri. Alia uero ad aliquid ut duplum. triplum. aliaque;
quae ex comparatione nascuntur; Sed immobilis magnitudinis geometrica speculationem tenet.
Mobilis uero scientiam. astronomia prosequitur. per se uero discretae quantitatis arithmetica auctore
ad aliquid uero relate musica probatur obtinere peritiam; Ac de ea quidem quantitate discreta
quae per se est in arithmeticis sufficienter diximus. DE RELATIUE QUANTITATIS DIFFERENTIIS;
Relatiue uero ad aliquid quantitatis simplicia quidem genera sunt tria. Unum quidem multiplex
aliud uero super particulare. tertium super partiens. Cum uero multiplex super particulari
super partientique miscetur fiunt aliae ex his duae. id est multiplex super particularis. & multiplex
super partiens. Horum igitur omnium talis est regula; si unitate cunctis in naturali numero
uolueris comparare ratus multiplicis ordo texetur. Duo enim ad unum duplus est. tres ad eundem
triplus. quattuor. quadruplus. & in caeteris eodem modo. ut subiecta discriptio docet.

Si uero super particulare proportione queras naturalem compara
numerum. detracta scilicet unitate. ut tres duobus sesqualter est.
enim quattuor tribus quis est quit tertius est. quinarium quaternario quis est quiquartus est. & in cae
teris eodem modo. quod monstrat subiecta discriptio

I	I	I	I	I	I
II	III	IIII	V	VI	VII

Super partientes autem talimodo reperies disponas
naturalem numerum. a ternario scilicet inchoantem
Si unum igitur inter miseris superbipartientem efficipnotab
quod si duo super tripartientem quod si tres super quadripartientem. idemque in caeteris;

sesqualtera		sesquiquarti		sesqsexti	sesqseptim
II	III	IIII	V	VI	VII
sesqtertius		sesquiquintus		sesquiseptimus	

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. p.%2051 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/p.%2051)